



ORACION RHETORICA LITERAL,

EN PLAUSIBLE DECORO,
Y DECOROSO APLAUSO
DEL ILUSTRE, Y LLAGADO SERAPHIN,

EL SEñOR SAN FRANCISCO DE ASSIS,

PATRIARCHA GLORIOSO, Y FUNDAdor Maximo de los Menores.

DECANTADA

EN LA SANTA METROPOLITANA, y Patriarchal Iglesia de la Ciudad de Sevilla, por D. Jorge Leon, Alumno de la Classe de Tercera, y Quarta del Colegio Mayor de Sto. Thomàs, el dia primero de Diciembre, del año de 1746.

COMPONIALA

EL PADRE FRAI FERNANDO LOZANO, Maestro de sobredicha Classe, è hijo de havito del Real Convento de San Pablo de Cordoba.

DALA A LUZ PUBLICA

DON NICOLAS LEON POR ESPECIAL afecto à dicho Santo.



AVE MARIA.

ORATIO LITTERALIS RHETORICA

IN FÆCUNDAM, PRÆCELLENTEMQUE præconiorum expreſsionem Minorum Inſtitutoris optimi, & Patriarchæ Maximi, Seraphicique Parentis D. Franciſci de Aſsis, amoris penicillo elaborata, argutiſq; concentibus extenſa.

EXORDIUM.



B ANTIQUA REFERTUR vetuſtate; Cælum humeris, jam feſſo, & ſuccumbente ponderi Atlante, Heroem Thebanum infractis viribus ſuſtuliſſe (Præſes optime, & auguſtis dotibus inſignite; qui in hoc tam magnifico ſiderum vi-

reto,

reto, ſertorumque Areopago vividum nitorem, omni colorum varietate diſtinctum, lætamque Arabis ſpeciem, virtutis ſcilicet, & ingenuarum artium ſic oſtentas, ut omnium animis effunderе videaris: quòd ſi ego nunc laudibus efferre velim, tam contractis includi ſpatiis eximia tua ingenii, & genii indoles, ſuaptè ad omne inclytæ laudis decus aſſurgens, non patietur. Cætuſque pellucide, cujus perennes latices inſtar amæni fontis per agrorum ſata, hortorumque germina decurrentes, Minervæ palæſtram fæcundare promerentur) Ab antiqua refertur vetuſtate, Cælum humeris, jam feſſo, & ſuccumbente ponderi Atlante, heroem Thebanum infractis viribus ſuſtuliſſe. Aptiùs in emblemate Otho Vænius melos fundens ab ore liquidum, mundi molem, ab amore omnia devincenti deportatam, depingebat. Sic plectro modulatur:

Cælum humeris Atlas tulit, Alcideſque viciſsim,
At Cælum, & terram fert ſimul unus amor.

Hoc patet in myſtico Atlante, humano ſeraph, Seraphico homine Divo Franciſco ab Aſsiſio, Deo pleno, ab amoris flamma abſorpto; cujus virtutum ſummam à præfelici ejus ortu recenſere con-

constituimus. Asisii in Umbriæ parte, quam vocant Vallem Spoletanam, hic vir Beatissimus Franciscus ex parentibus satis honestis vitales auras exhaurivit. Juvenilem igitur pertingens ætatem, cùm lucrativis esset intentus tumultibus, statim ad cor reversus, superna affluente gratia, sæcularia desideria funditùs abnegare, Christo Crucifixo conformiter vivere, & ad cælestem beatitudinem sine intermissione sitire pollicitus est.

In benedictionibus dulcedinis benignè præventum, Deus non solùm de mundiali pulvere suscitavit egenum, verùm etiam Evangelicæ perfectionis ducem, atque præconem effectum, in lucem dedit gentium; ut plebem perfectam Domino præpararet. Inerat namque Francisci præcordiis, adhuc florente juventa, miseratio in pauperes liberalis, quæ secum ab infantia crescens, mansuetudinis lenitatem cum elegantia morum, pretiosis virtutum lapillis redimivit.

In ipso namque jam perfectè Christum induto, tanta Sanctitatis, & præsertim Divini amoris claritas effulsit, ut Angelus potiùs, atque ex supremo ordine, qui ardor, & incen-

dium

dium dicitur, magis quàm homo dici posse videatur. Causa hujus dignitatis erat amor in venis absconditus, cujus ardor in pectore, quasi flamma ignivoma, inolescebat. Sic succinit sanè feliciter Hermannus Hugo:

Ut sua corporibus, sic mentibus est quoque flamma,
Et quoque deterior corpora flamma coquit.
Intus in accensis, qui mentibus æstuat ignis,
Delitias liquidi solus amoris habet.

Sed hanc amoris, simul & paupertatis, & humilitatis præstantiam lætis fidibus expromere conabor.

Pruebe à encender la llama rutilante
Del Delio Vate, mi volante numen,
Y mi pluma esta vez vaya de vuelo
En promptos rasgos de flamantes luces.
Vague golfos de ardores, y de llamas,
Y en nobles amorosas inquietudes
Renazca Fenix, pues el vivo incendio
A las mejores dà mayores lustres.
Gyre globos de signos luminosos,
Y en el alado Choro de Cherubes
Aliento tome para remontarse
Del Seraphico Choro à la alta cumbre.

Alli

Alli en volcanes de crecidas anſias
Aun Seraphin llagado fiel dibuxe,
Que aunque impreſſas oſtente las ſeñales,
Corre la pluma, y manuſcritas lucen.
Corre la pluma como nueva Clicie,
Gyraſol, lynce, maripoſa iluſtre,
A beber de Franciſco los ardores,
Que el ardor de Franciſco no conſume.
Franciſco dixe, aquel de Aſsis portento
Monte ſagrado de Sion, que influyé
El explendor de Dios, que en el habita,
El incendio vital, que en ſi reſume.
Franciſco, aquel Varon eſclarecido,
Que con enlaces ſoberanos une
Los extremos diſtantes, y reñidos
De pobre, y rico, brillantez immune.
Rico con el amor el Cielo dora,
Pobre con el caudal el ſuelo pule,
Y qual Aguila vuela caudaloſa,
Renovadas las plumas que ſacude.
El amor, aunque grande, es proprio hijo
De la pobreza, pues en alas ſube
De eſta virtud, que airoſa ſe remonta
Con las plumas de amor; nadie lo dude.
Con

Con eſtas dos virtudes ſe elevaba,
Libre de la opreſsion, que diſminuye,
En alcance del Sol, à quien ſeguia,
Brillar eſtrella en medio de una nube.
Brillò eſtrella Franciſco, y rectamente
Su corazon volando, leal conſtruye
Manſion dichoſa en el ſupremo Alcazar,
Porque nada de tierra le confunde.
Luciò en èl el amor de la pobreza,
En Chriſto el honor grande, y ſe deduce,
Que Franciſco fue pobre entre riquezas,
Pues lo fue de eleccion, è ingenio util.
Inſigne fue Franciſco en la pobreza,
Pues vive de limoſna, y porque ajuſte
De Chriſto el padecer, muere deſnudo,
Y con Avito ajeno el cuerpo cubre.
Su humildad mas heroica medir pudo
El apice, y laurèl, que ſe reduce
A ſer perfecto, ſin que ſe conozca,
Que eſta es de la humildad la cima, y cũbre.
Eſte es Franciſco, aſſombro milagroſo
De ambos Orbes; pues juntos ſe introducen
A entonar en elogios ſus grandezas,
A publicar en metros ſus virtudes.

Ya emprenden alternadas harmonias,
Ya las voces repiten, porque escuche
Gozoso el Cielo, que un Seraphin vuela
En un carro triunfal de llamas dulces.

Aptè Franciscus ut Seraph insignitur caractere, in ampliore charitatis demonstratione. Seraph caractér est ignis, & nomen, signum amoris, tanquam plenitudo charitatis. Ignis excitabatur in pectore Francisci in curru ignito vecti, & flagrantis cælesti amore, cui Christus dedit dilectus vulnera, ut cordis flamma, sive amor cælestium in corde, sicut ignis exæstuans, ut ait Jeremias, posset respirare.

Hujusmodi autem amor,

Quem illi non undæ, non flamma, nec auferet ensis;
Non dolor hunc nexum dissoluisse queat:

Major efficiebatur paupertate, numine Sulmonensis asserente:

Jam habet unde suum paupertas pascat amorem.

Humilitate quidem amor Francisci exaltabatur, & ampliore fulgebat luce, quia verus amor quantumvis humilitate stimuletur, non immutatur; & si injuriarum flammis vulneretur, non perit. Sic infit Otho Vænius in emblemate. *Si*

Cru-

Cruci affigatur, si igni comburatur, semper amat, qui verè amans est.

Sic Franciscus veræ pacis Angelus & Altissimi servus, & amicus, ordinis Minorum Institutor, mirus paupertatis professor, major humilitatis amator, summa charitatis abyssus, omniumque virtutum heroicarum speculum, & illustris miraculorum patrator, mortis suæ articulum, seu incorruptè loquendo, ad meliorem vitam transitum, jam proximum sibi adesse cognovisset, super nudam humum, licèt gravi oppressus infirmitate, ut nudum Draco ille serpens antiquus reformidaret, nudus in spiritûs fervore requievit. Ibi fratribus filiis dilectissimis convocatis, paterno affectu, cælestibusq; verbis ad omnes virtutes exercendas, & divinum amorem obtinendum, cohortatus est. Dulci hujus modi sermone completo, cæterisque in eum functionibus persolutis, anima illa felicissima carnis ergastulis expedita, sub specie stellæ præfulgidæ nubem ponens ascensum suum, in orbe sydereo collocata est fulgens in perpetuas æternitates. Et ut nos lucis sedem, & faustitatis arcem conscendamus, opem ejus cupitam imploremus.

O Seraphin abraſado,
Que abraſado de una llama,
Llama tu ardor lo que ama,
Ama de tu dulce agrado!
A grado ſubes, y eſtado,
En que has eſtado de aſsiento,
Aſsiento, que aſsi lo ſiento,
Mas ſiento, ò ſacro Soldado,
Que el lucir, que es al Sol dado,
No fixe en tus rayos ciento.

O roſa, que en pura pyra
De una zarza miras moras,
Brillando en ſus aras horas,
Sin obſtar ſu vara vira!
Tu candor eſpera, eſpira,
Yendo à ſu zona azucena,
Y en purpura llana llena:
Transformado llega llaga,
que à aquel que lo alega, alhaga,
Pues no en lo que eſpina, es pena.

O Moysès, que con la vara
De tu oracion fervoroſa,
De una empedernida loſa
Sacaſtes el agua clara!
Tu grande virtud declara

Deſ-

Desde esse Alcazar seguro,
Para que en el pecho puro,
Que lo harà tu intercession,
Sea de carne el corazon,
Y no como piedra duro.
O nuevo Atlante, en que estriva
De la Iglesia el Firmamento!
Oye el celestial concento,
Que nuestras almas captiva;
Ciña tus sienes la oliva
De luz, que à la paz dirige,
Y porque la lyra fixe
En tu explendor su harmonia;
La cuelgo por mejoria,
La Coroño con un, *Dixe*,

ET CECINI.



